

Concedi etiam potest hæc facultas Portiunculæ Oratoriis privatis Religiosarum clausuram servantium, sed tantum pro ipsis Religiosis et personis monasterio addictis.

Denique indicanda est circiter distancia quæ debet mille passus excedere inter Ecclesiam pro qua petitur facultas et illam proximiorem hoc privilegio fruentem.

11. Facultates benedicendi et Christifidelibus imponendi Scapularia : (ad vitam)
 - a) SSmae Trinitatis,
 - b) Passionis D. N. J. C.
 - c) Immaculatae Conceptionis,
 - d) Septem Dolorum B. M. V.
 12. Facultas benedicendi cum unica formula quatuor scapularia sub numero precedente (11) indicata, et jam separatim obtenta (ad vitam)
 13. Facultas benecendi et imponendi Scapularia B. M. V. de Monte Carmelo (ad vitam)
 14. Facultas retinendi et legendi libros prohibitos (*Ordinarii commendatio requiritur*).
 15. Facultas concedendi Benedictionem Papalem in fine concionum.
 16. Facultas benedicendi vasa et indumenta sacra (ad decennium).
- Ordinarii commendatio requiritur.*
17. Facultas celebrandi Missam una hora ante auroram.
 18. Benedictio Apostolica occasione primæ Communionis, Ordinationis, Matrimonii, Jubilaei, etc.
 19. Benedictio Apostolica cum indulgentia *in articulo mortis.*
 20. Eaedem Benedictiones cum Imagine Summi Pontificis.
— *Indicari oportet circiter a petente expensa secundum valorem imaginis facienda.*
 21. Facultas benedicendi Scapulare nigrum Passionis D. N. J. C. (ad vitam).
 22. Facultas benedicendi Scapulare Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. (ad viiam)
 23. Facultas benedicendi Scapularia B. M. V. de Mercede (ad vitam).
 24. Facultas benedicendi Coronas Passionis D. N. J. C. (ad vitam)
 25. Facultas erigendi Viam Crucis (ad quinquennium).